

F. K. 73. 17

(A 204 4468)

Za
1916

INLVSTRI NVPTIARVM
SOLEMNITATI
BENNIGSIANAE
ADCLAMAT,
ET SIMVL NOBILISSIMO PARI,
SANCTISSIMO CONNVBII FOEDERE
IVNCTO,
FAVSTA QVAEVIS AC FELICIA
COMPRECATUR,
SPONSI AEQVE AC SPONSAE
PERPETVVS CLIENS, ET ADMIRATOR,
MICHAEL FRIDERICVS LEDERERVS.



VITEMBERGAE,

Typis CHRISTIANI KREVSIGII, Acad. Typogr. 1698.



16



& ne illius solennitas oblivioni tradatur, carminibus gratulandi materiam comprehendentibus, mirificum suum gaudium declarant. Ad hos ego, tanquam cliens Tuus devinctissimus, accedo, & Tibi publice sincerum meum gaudium profiteor, ac licet verba tantae solennitati minus respondeant, confido tamen, fore, ut omnia, quae a pietate erga nobiles, Sponsum & Sponsam proficiscuntur, optimam in partem accipiantur, ac in posterum Generosi Sponsi patrocini perfrui & meis, & mihi contingat. Age igitur, ERICE, auspiciato Tibi matrimonio iungas ELEONORAM CHARLOTTAM, Virginem illustri loco natam, Virginem insigni pulcritudine, integra aetate, moribus sanctissimis, immo omni virtutum laude, quae maxime in feminis, Generoso sanguine prognatis, exiguntur, florentem, eamque in tori fidem accipias, ac foederis Tecum initi sacris initiari pergas, constantique amore prosequaris. Quod reliquum est, faxit aeternus & immortalis Deus, cuius diviniore auspicio ELEONORAM CHARLOTTAM sociam, omniumque fortunarum consortem accepisti, ut haec tam felix corporum copula longos in annos prorogetur, nec nisi a morte, idque serissime, dissolvatur: in primis autem animorum coniunctione sitis beatiore, Tuque, per illustri Sponse, hanc Tuam Coniugem constanter diligas, Haec vero Tibi sincere in mutuo amoris exercitio respondeat, brevi-que temporis intervallo elapso, formosa sobole poti-
mini, quae parentum vestigiis insistant, & Avorum at-
que Atavorum, qui togae pariter sagique laudibus ex-
celluerunt, gloriam amplifcet, eorumque praeclara fa-
cinora imitando exaequet, quo semper floreat Nomen
BENNIGSIANVM, & nunquam stirps generosa ex
prolis defectu laboret, tandemque prorsus
intermoriatur.

F. K. 73. 17

(X 204 4468)

Za
1916

INLVSTRI NVPTISSIMO
 SOLEMNITER
 BENNIGSI
 ADCLAMATA
 ET SIMVL NOBILIS
 SANCTISSIMO CONNV
 IVNCTO
 FAVSTA QVAEVIS AC
 COMPRECATV
 SPONSI AEQVE AC
 PERPETVVS CLIENS, ET
 MICHAEL FRIDERICV



VITEMBERGAE

Typis CHRISTIANI KREVSIGII, A



16

